A. D. 1906.

CURRENDA X.

DE RELIGIOSORVM SODALITATIBVS NISI CONSVLTA APOSTOLICA SEDE NON INSTITVENDIS

PIVS PP. X

MOTV PROPRIO.

Dei providentis benignitatem, opportune Ecclesiae temporibus subvenientem, cum alia multa ostendunt, tum hoc praeclare, quod veteribus religiosorom Ordinibus ob conversionem publicarum rerum dispersis afflictisque, nova instituta accessere, quae, professionem religiosae vitae retinendo, ingravescentibus christiani populi necessitatibus multipliciter deserviunt. Illas hoc loco, ut apparet, utriusque sexus Familias dicimus, proprio et titulo et habitu distinctas easdemque solo simplicium votorum aut nullo id genus vinculo adstrictas, quarum sodales, licet in plures distributi domos, eisdem tamen legibus ac sub uno summo praeside omnes vivunt, eo proposito, ut perfectionem virtutis ipsi assequantur, seque proximorum causa in variis religionis aut misericordiae operibus exerceant. Profecto sodalitatum istiusmodi, tam bene de Ecclesia deque ipsa civili societate merentium, sperandum est, numquam defuturam copiam: hodieque libet agnoscere, usque adeo eas increbuisse, ut nullum videatur esse ministrandae caritatis christianae genus, quod illae reliquum fecerint. Verumtamen, quae est humanae conditionis infirmitas, ex ipsa ista talium sodalitatum frequentia, nisi temperatio aliqua iuris accesserit, fieri non potest quin aliquando sacrae disciplinae perturbatio quaedam oriatur et confusio. Itaque ad hoc avertendum incommodum plura iam Apostolica Sedes edixit; nominatimque cavit, ne ibi sodalitas nova conderetur, ubi per alias iam conditas necessitatibus locis satis consultum esset; neve ulla usquam sineretur institui, quae aut redditibus careret, ad sodalium victum necessariis, ad quidquam minus decorum in titulo, in habitu, in opere exercendo prae se ferret. Praeterea Sacrum Consilium Episcoporum et Regularium negotiis praepositum nonnulla praescripsit antea servanda, quam hae sodalitates earumque constitutiones approbatione aut laude Sedis Apostolicae honestarentur. At vero experimentis compertum est, nondum per has praescriptiones satis esse provisum, ne sodalitates a suis exordiis in eo statu collocentur, unde postea, quum Apostolicae Sedis comprobatio erit assequenda, debeant magno saepe cum detrimento recedere. Quare, de eiusdem Sacri Consilii sententia, haec Nos quae infra scripta sunt, motu proprio statuimus:

I. Nullus Episcopus aut cuiusvis loci Ordinarius, nisi habita Apostolicae Sedis per litteras licentia, novam alterutrius sexus sodalitatem condat aut in sua dioecesi condi permittat.

II. Ordinarius, huius licentiae impetrandae gratia, Sacrum Consilium Episcoporum et Regularium negotiis praepositum adeat per libellum supplicem, quo haec docebit: quis qualisque sit novae sodalitatis auctor, et qua is causa ad eam instituendam ducatur; quibus verbis conceptum sit sodalitatis condendae nomen seu titulus; quae sit forma, color, materia, partes habitus a novitiis et professis gestandi; quot et quaenam sibi opera sodalitas assumptura sit; quibus opibus tuitio eiusdem contineatur; an similia in dioecesi sint instituta, et quibus illa operibus insistant.

III. Accepta Sacri Consilii venia, nihil iam obstabit, quominus Ordinarius novam sodalitatem instituat aut institui permittat, eo tamen titulo, habitu, proposito ceterisque rebus ab ipso Sacro Consilio recognitis, probatis designatisve: quae numquam deinceps, nisi eodem consentiente, immutari licebit.

IV. Conditae sodalitatis constitutiones Ordinarius recognoscat: verum ne prius approbet, quam eas ad normam eorum, quae Sacrum Consilium in hac causa decrevit, exigendas curaverit.

V. Instituta sodalitas, quamvis decursu temporis in plures dioeceses diffusa, usque tamen, dum pontificiae approbationis aut laudis testimonio caruerit, Ordinariorum iurisdictioni subiaceat, ut Decessoris Nostri constitutione „*Conditae*“ sancitum est.

Quae vero per has litteras decreta sunt, ea Nos rata et firma esse volumus, contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die XVI Iulii anno MCMVI, Pontificatus Nostri tertio.

PIUS PP. X.

Altare privilegiatum in ecclesiis filialibus.

Privilegium altaris, quod secundum breve Apostolicum pro ecclesiis solum parochialibus conceditur, extendi potest etiam ad *ecclesias filiales* iuxta Decretum d. d. 30. Januarii 1760. Wormatien. ad 3:

„*Poterit extendi privilegium ad eas dumtaxat filiales ecclesias, in quibus porochus functiones* vere parochiales *exercet, uti sepelire mortuos, baptisare, SSmum Eucharistiae Sacramentum ministrare in Paschate et similia*“.

De Clerico loco Subdiaconi vel Cappellani in Missa ministrante.

Quum nonnulla dubia huic Sacrorum Rituum Congregationi proposita fuerint circa servitium Clerici, qui aliquando vel loco Subdiaconi in Missa solemni, vel loco Cappellani in Missa ab Episcopo vel ab alio Praelato lecta, vel etiam in Missa cantata absque Ministris inserviat, eadem Sacra Congregatio, audito voto Commissionis Liturgicae, ut dubia ipsa omnino diluantur, haec statuenda et in posterum observanda decrevit:

1. Clericus ad munus Subdiaconi obeundum in Missa solemni, nuquam deputetur, nisi adsit rationabilis causa et in minoribus ordinibus sit constitutus aut saltem sacra tonsura initiatus.

2. Clericus pro Subdiacono inserviens, alba super amictu, cingulo et tunica absque manipulo sit indutus, atque omnia, quae ad Subdiaconum ex Rubricis spectant, rite expleat hisce tamen exceptis: *a*) aquam ante Offertorium in calicem non infundat, quod in casu Diaconus praestabit; *b*) calicem ipsum infra actionem nunquam tangat neque pallam ab eodem removeat aut super eum reponat: *c*) post ablutionem calicem non abstergat (abstergente ipso Celebrante) sed tantummodo illum componat more solito et velo cooperiat cum bursa et ad mensam deferat.

3. Clericus qui loco Cappellani Episcopo vel Praelato in Missa lecta, aut alii Sacerdoti in Missa solemni sine Ministris inserviat, saltem tonsuratus esse debet, si alius Minister in sacris in promptu non sit.

4. Clericus ipse omnia explere potest, quae in Caeromoniali Episcoporum Lib. 1., cap. XXIX dicuntur, pro Missa ab Episcopo lecta, iis exceptis quae supra n. 2. prohibentur Clerico munus Subdiaconi obeunti. Insuper *a*) calicem ante Offertorium non abstergat: *b*) nec vinum nec aquam in eo infundat: *c)* nec patenam cum hostia, nec calicem Celebranti tradat.

5. Calix pro Missa ab Episcopo vel a Praelato lecta, sicuti et pro Missa cantata sine Ministris, velo et bursa coopertus in abaco statuatur, amoto abusu illum non velatum retinendi, et ad altare discoopertum deferendi.

6. Calix ipse post Communionem a Celebrante rite abstersus, a Clerico ministrante suis ornamentis instrui poterit, ac velo et bursa coopertus in abacum deferri.

7. Si vero Clericus sacra non sit tonsura initiatus, poterit quidem ab Episcopo aut a Praelato in Missa lecta uti Minister assumi, sed eo in casu calix velatus ante Missam ad altare deferatur, et more solite in medio mensae super corporale statuatur; Clericus vero non tonsuratus ita se gerat, ut in Missis a simplici Sacerdote celebratis. Poterit autem ad Missale Celebrantem adsistere, folia vertere, palmatoriam sustinere; calix autem, ab ipso Celebrante suo tempore abstersus et velatus, ac in medio mensae collocatus, absoluta Missa in Sacristiam deferatur.

Atque ita censuit et servari mandavit. Die 10. Martii 1906.

Super quibus facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X. per infrascriptum Cardinalem Sacrorum Rituum Congregationi Pro-Praefectum fideli relatione, Sanctitas Sua sententiam eiusdem Sacri Consilii in omnibus ratam habuit et adprobavit, quibusvis privilegiis vel consuetudinibus, quae omnino abrogata esse declaravit, aliisque contrariis quibuscumque non obstantibus. Die 14. Martii 1906.

A. Card. TRIPEPI, *Pro-Praefectus.*

L. † S. † D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secretarius.*

In nexu cum Currenda VIII. a. c. communicamus pro notitia et directione alias facultates, quas a S. Sede Apostolica obtinuimus.

I. Privilegium (ad quinquennium) cantandi in Ecclesiis parochialibus Missas de Requie tribus hebdomadae diebus, licet occurrat Officium ritus duplicis.

Quo facilius adimpleri queant onera tum adventitia tum fixa ex piis legatis in Ecclesiis Parochialibus totius Dioeceseos Tarnovien., Rmus Dnus Leo Wałęga, eiusdem

Dioeceseos Episcopus, Sanctissimum Dominum Nostrum Pium Papam X. humillime deprecatus est, ut facultatem die 12. Augusti anno 1901 concessam prorogare dignaretur, qua in eisdem Ecclesiis Parochialibus Missae de Requie tribus in qualibet hebdomada diebus cantari possint, licet occurrat Officium ritus duplicis. Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter ab eodem Sanctissimo Domino Nostro tributis, benigne annuit pro gratia iuxta preces, ad aliud proximum quinquennium: dummodo non occurrat Duplex primae vel secundae classis, festum de praecepto servandum, Feria, Vigilia et Octava privilegiata. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 13. Junii 1906. A. Card. PRIPEPI *Pro-Praef.* D. Panici, Archiep. Laodicen. *Secret.*

II. Facultas ad decennium celebrandi bis in anno concursus pro approbandis quoad scientiam sacerdotibus, qui parochorum munere fungi valerent et dispensandi super iterando praedicto examine.

Ad petitum Nostrum die 17. Iulii a. c. datum sequentis tenoris:

„Beatissime Pater, Leo Episcopus Tarnoviensis, ad pedes S. V. provolutus, humiliter petit renovationem facultatis sibi concessae a S. C. Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praeposita, ad decennium, per Rescriptum die 2. Junii 1896. quoad concursus parochiales. Et Deus etc.“; obtinuimus Rescriptum:

„Ex audientia SSmi die 26. Julii 1906. SSmus Dominus Noster Pius divina Providentia PP. X. referente me infrascripto Secretario S. C. Negotiis Eclesiasticis Extraordinariis praepositae, facultatem, de qua in precibus, prorogare benigne dignatus est ad aliud Decennium proximum in forma et terminis primaevae concessionis. Contrariis quibuscumque minime obfuturis. Datum Romae e Secretaria eiusdem S. Congnis die, mense et anno ut supra. † Petrus, Arch. Caesariensis, *Secretarius.*

Praedicta vero facultas die 2. Junii 1896 sonat: Ex audientia SSmi, die 2. Junii 1896. SSmus D. n. Leo d. prov. PP. XIII. referente me infrascripto Secretario S. Congregationis negotiis eccl. extraordinariis praepositae, attentis circumstantiis animum suum moventibus, Eppo Tarnoviensi oratori ad *decennium* hinc proximum tantum benigne concessit, ut vigentem in sua Dioecesi proxim exercere pergat, habendi scilicet bis in anno Concursus pro approbandis *quoad scientiam* sacerdotibus, qui Parochorum munere fungi velint. Id tamen ea lege concessum voluit, ut huiusmodi Concursus habeantur per *Synodales Examinatores,* ad S. Canonum normam electos, veluti monet Benedictus XIV. de Synodo dioecesana lib. IV. cap. 7. et quoties si desint, per Examinatores Prosynodales Apostolica auctoritatae peculiater delectos, diligenter servatis canonicis sanctionibus, ac praesertim Apostolicis ejusdem Benedicti XIV. literis, quae incipiunt „Cum illud“. Ut autem sacerdotes admittantur ad ejusmodi Concursus, iis dotibus pollere debent, quos SS. Canones et lex dioecesana postulant, *ac tum voce, tum scripto respondere debebunt* quaestionibus, quae ab Examinatoribus fuerint propositae, quaeque inter cetera de *positiva,* uti dicunt, *Dogmatica, Morali Theologia,* itemque de *positive Jure canonico* erunt ferendae. Quovis exeunte *sexennio,* qui approbati fuerint, *denuo Concursui se sistant oportet, a quo onere ii dumtaxat ecclesiastici eximentur viri, qui*

in praesentia inter Synodales vel Prosynodales sint adsciti, quique propter muneris diuturnam operam, qua Ecclesiae cum laude servierunt, de eorum scientia probationem satis superque exhibeant, quique idcirco ab Episcopo, audita Examinatorum sententia, ab hac Concursus lege immunes fuerint declarati....

Datum Romae e Secretaria ejusdem S. Congregationis, die, mense et anno praedictis.

F. CAVAGNIS *Pro-Secr.*

W sprawie drewnianych kościołów

otrzymał Konsystorz biskupi okólnik Wys. ck. Namiestnictwa z 11. września 1906. l. 83184., który do ścisłego zastósowania się Wiel. Duchowieństwu udziela.

C. k. Ministerstwo wyznań i oświaty reskryptem z dnia 18. czerwca 1906, L. 20768. przesłało c. k. Namiestnictwu pismo c. k. Centralnej Komisyi dla zabytków i pomników historycznych z dnia 16. maja b. r. L. 572. wystosowane do tegoż Ministerstwa w sprawie burzenia starych drewnianych kościołów przez tutejszo krajowe gminy, rzekomo z tego powodu, że pojemność tychże nie wystarcza na pomieszczenie parafian, a to w celu uzyskania odpowiedniej parceli budowlanej pod nową świątynię.

I tak naprzykład zburzonym został w ostatnich czasach bez poprzedniego porozumienia się z pomienioną komisyą centralną względnie z dotyczącym konserwatorem zabytków historycznych, stary kościół drewniany w gminie Siedliska-Bogusz w powiecie Pilzneńskim. Również zamierza obecnie gmina Sromowce w powiecie Nowotarskim zburzyć stary kościół, aby w jego miejsce postawić nowy.

Ze względu, że postępowanie takie połączone jest z wielką szkodą, gdyż kościoły drewniane należą nieraz do najwspanialszych zabytków sztuki rodzimej nietylko w Galicyi ale także w całej Austryi, c. k. Namiestnictwo uprasza Najprzewielebniejszy Konsystorz, aby zechciał łaskawie zwrócić uwagę podwładnego mu kleru na tę okoliczność i polecić mu, aby burzenie tego rodzaju starych świątyń uskuteczniano tylko w wyjątkowych wypadkach koniecznej potrzeby; w każdym jednak razie za poprzednim porozumieniem się z Centralną Komisyą dla zabytków i pomników historycznych we Wiedniu i dotyczącym Konserwatorem.

Ks. Walenty Gadowski, profesor w c. k. Sem. naucz. w Tarnowie, wydał a) t. z. „**Ilustrowany Katechizm średni dla Katolików**“ (cena egz. opr. 1 K. 40 h. — 1 K. 60 h.) b) „**Katechezy elementarne**“ (cena egz. opr. 3 K). Oba te dziełka opracowane umiejętnie i praktycznie mogą oddać wielkie usługi XX. Katechetom i duszpasterzom, oraz tym PP. nauczycielom, którzy w zastępstwie duszpasterzy uczą katechizmu i biblii w szkołach ludowych. Pożyteczną też lekturą mogą być wymienione dziełka w domach katolickich i dlatego je niniejszem gorąco polecamy.

KONKURS.

C. k. Rada szkolna okręgowa w Ropczycach ogłosiła konkurs celem stałego obsadzenia posad nauczycieli religii rz. kat. przy szkołach pięcioklasowych w Ropczycach i w Dębicy.

Kongregacya XX. Dziekanów

odbędzie się w pałacu biskupim dnia 18 października 1906 o godzinie 10 przed południem.

Składki na Małe Seminaryum. (C. d. Curr. XIII. z r. 1905).

Jaślany (M) 30 k. i 20 k. — X. Kahl 30 k. — X. Palka 10 k. — X. Konieczny 20 k. — X. Suwada 50 k. — X. Chodacki 34 k. — X. L. Miętus 10 k. — X. Łączewski 20 k. — X. Krzemieniecki 10 k. — X. Nowak 5. k. — X. Kalicki 10 k. — X. Kurkiewicz 20. k. — X. Szczepaniak 6. k. — X. Janik 10 k. — X. Wilczkiewicz 20 k. X. Łączewski (M) 56 k. — X. Wilczkiewicz (M) 48 k. — X. Pawlikowski (M) 56 k. — X. Bobczyński (M) 50 k. — X. Lenartowicz (M) 48 k. — Wilkowisko 3 k. 78 h. — Szynwałd 25 k. — X. Maryniarczyk (M) 32 k. — Wojakowa 16 k. 78 h. — Wojakowa (M) 35 k. — Baranów (M) 32 k. — Porąbka uszewska 22 k. 60 h. i (M) 41 k. — Grybów (M) 47 k. 80 h. — X. Dutkowski (M) 40 k. — Rajbrot 24 k. i (M) 14 k. — Siedliska 100 k. — Kruźlowa (M) 30 k. i 20 k. 80 h. — Podegrodzie 10 k. 80 h. i (M) 29 k. 20 h. — Chorzelów (M) 42 k. 60 h. — Królówka tercyarze 23 k. 20 h. — X. Fr. Romański 26 k. 80 h. — Siemiechów (M) 30 k. 75 h. i 8. 40 h. — Szczepanów (M) 66 k. i 30 k. — Nowe Rybie 14 k. 25 h. i (M) 29 k. 40 h. — Brzeziny (M) 71 k. — X. Dagnan (M) 40 k. — Piwniczna 20 k. — X. Krupiński 5 k, — Ciężkowice (M) 42 k. 60 h. i 20 k. — Chomranice (M) 42 k. i 13 k. 80 h. — Wietrzychowice 78 k. i (M) 195 k. — Bolesław 75 k. i (M) 75 k. — Gręboszów (M) 42 k. — Wojnicz 20 k. 44 h. i (M) 24 k. — Olszówka 31 k. 28 h. i (M) 30 k. — Lisiogóra 52 k. 60 h. i (M) 40 k. 60 h. — Sromowce 6 k. 30 h. — Biegonice (M) 30 k. — X. A. Niemiec 20 k.— Lipnica murow. (M) 31 k. 40 h. i 12 k. 60 h. — Czarny Potok (M) 38 k. — Tymbark (M) 46 k. — Gromnik (M) 32 k. — Rzezawa 38 k. 44 h. i (M) 36 k. 20 h. — Łęki dolne 18 k. 14 h. — X. Wojcieszek (M) 16 k. — X. Zabawiński (M) 22 k. — Nowy Wiśnicz (M) 78 k. 84 h. — Uszew (M) 12 k. — X. Szablowski (M) 30 k. i 10 k. — Szczawnica 10 k. 94 h. i (M) 30 k. — Szczurowa 65 k. 40 h. i (M) 65 k. — X. W. Dutka 30 k. — Lubcza 10 k. — X. Wiejaczka 5 k. — X. Jan Florek 5 k. — X Mordarski 2 k. — X. Jachtyl 10 k. — X. Kobiela 10 k. — X. Irzyński 4 k. — X. Siemek 4 k. — X. Stopa 41 k. 60 h. — X. Mroczek 10 k. — X. Sołtys 10 k. — X. Śliwka 6 k. — X. Wiejaczka (M) 30 k. — X. Sołtys (M) 30 k. — X. Mroczek (M) 2 k — Lipnica wielka (M) 35 k. — Żegocina (M) 30 k. — Cerekiew 25 k. 66 h. i (M) 26 k. 60 h. — Niedźwiedź (M) 28 k. i 14 k. 15 h. — Wna Rozwadowska 200 k. — X. Jachna 10 k. — X. Albin (M) 30 k. — Chełm 13 k. Wilkowisko (M) 30 k. — Żabno (M) 34 k. i 21 k. 67 h. — Tylmanowa (M) 32 k. — Zaborów 50 k. i (M) 40 k. — Kolbuszowa (M) 60 k. — Krzyżanowice (M) 32 k. i 12 k. — Mszana dolna (M) 52 k. — Kasina 30 k. (M) i 6 k. 50h. — N.N. 6 k. K. Ocicka (M) 36 k. — Piotrkowice 36 k. 50 h. — X Wiatr (M) 24 k. — Domosławice (M) 59 k. 50 h. i 26 k. — X. K. Kozak 14 k. 50 h.— X. Kotfis 30 k. — X. Koterbski 10 k. — X. Mroczek 10 k. — X. K. Suwada 30 k. — X. Wyrwa 8 k. — X. Drożdż (M) 20 k. — X. Skopiński (M) 30 k. — X. Urbański

10 k. — X. Przywara 20 k. — X. Szewczyk 20 k. — X. R. Mazur (M) 10 k. — X. Górnik 10 k. — Słopnice król. (M) 55 k. 20 h. — X. Pasiut 5 k. i (M) 23 k. — X. Bączyński 4 k. — Tylicz (M) 27 k. 36 h. — XX. Dekanatu Mieleckiego 170 k. X. Szurmiak (M) 32 k. — Czermin 70 k. — Tuszów 41 k. 20 h. — Gnojnik (M) 27 k. — X. Kan. Dr. St. Dutkiewicz 100 k. — Józ. Szarama z Limanowy 4 k. — Olszyny 33 k. — Trzciana (M) 43 k. i 24 k. 33 h. — Muszyna (M) 60 k.—Czchów 13 k. 58 h.—Zgórsko 6 k. i (M) 37 k. 50 h. — Krużlowa 40 k. — Ryglice 45 k. — Poręba r. 10 k. — X. Wiatr 15 k. — X. Poniewski (M) 72 k. i 31 k. — Gwoździec 25 k. — X. Pałka 10 k. X. J. Kozak (M) 26 k. 40 h. — Mogilno 20 k. — X. Rajczak (M) 40 k. — X. R. Lepiarz 6 k. — X. Zaczek 2 k. — X. Szczygieł 20 k. — X. Prał. Jaworski 50 k. — X. Bubula (M) 50 k. — X. Fr. Mucha 5 k. — Łączki 21 k. 20 h.—Ochotnica 10 k. 66 h.— X. Rączka 10 k. — Jakóbkowice (M) 81 k. 45 h. — Mikluszowice (M) 30 i 30 k. — Książnice 12 i (M) 24 k. — X. Bruśnicki (M) 16 k. — X. Jan Wójcik 25 k. — X. Warzewski 2 k. — X. J. Nowak 2 k. — X. P. Ciszek 2 k. — X. Gajewski 2 k. — X. Mączka 2 k. — X. Padykuła 2 k. — X. Rogoziewicz 2 k. — X. Górnik 8 k. — Tuszów 10 k. — X. Zuziak 4 k. — X. Mleczko 5 k. — X. Harbut 4 k. — X. Józ. Michalik 5 k. — X. Łukasiński 5 k. — X. Krogulski 5 k. — X. Kubas 10 k. — X. Zielonka 5 k.—X. Krośniński (M) 76 k.—X. Rom Nazur 5 k. — X. Słowik 5 k. — X. Krośniński 10 k. 60 h.—X. Konieczny (M) 100 k.—Olszyny 8 k.—X. Śnieżnicki (M) 36 k.—Brzeźnica B. 41 k.—Kolbuszowa 40 k.—Wł. Foryst 20 k.—X. E. Wolski (M) 12 k.—X. St. Pajor (M) 10 k.—X. Piechowicz 10 k.—X. Szczudło (M) 10 k.—X. Sieniewicz (M) 10 k.— X. Dr. Krzysiak (M) 10 k. 40 h.—X. Miętus (M) 10 k.—X. Kopernicki (M) 30 k.—X. Łanowski (M) 5 k. — X. Müller (M) 5. k. — X. Harbut 5 k. — Szczyrzyc 20 k. — X. Gawlicki 5 k. — Muszyna (M) 41 k. — X. Wieliński (M) 70 k. — Dobrków 15 k. — Pstrągowa 25 k. — X. W. Dutka 30 k. — X. Pawlikowski (M) 24 k. — X. Kumor (M) 60 k. — X. Rajczak (M) 88 k. — Łęki dolne 36 k.—X. Wojcieszek (M) 20 k.—Wojnicz 18 k.— X. Mucha 20 k. — X. Golonka (M) 99 k. 40 k. — Góra św. Jana 10 k. — X. N. N. 2. k. — X. N. N. 2 k. — Nowy Sącz 48 k. 40 h. — Dembno 86 k. — X. Fr. Mucha 40 k. — Lubcza (M) 34 k. — Wielopole (M) 30 k. 80 h. — Pilzno 20 k. — X. Fąferko (M) 32 k. — Borowa 76 k, — P. Brykczyńska 30 k. — X. Mizerski (M) 40 k. — X. Kuropatwa (M) 53 k. i 10 k. — X. Bajda 50 k. — N.N. 200 k. — Słupiec (M) 30 k.— Łękawica 7 k. 20 h. — Jakóbkowice (M) 75 k. 80 h. — X. K. Łazarski 5 k. — X. W. Mucha (M) 19 k. 20 h. — X. Ruminowski 100 k. — X. N. N. 50 k. — X. N. N. 200 k.— Ptaszkowa 8 k.

Składki na Świętopietrze (Cur. XIII. z r. 1905).

X. Kahl 20 k. — X. Palka 2 k. — X. Szewczyk 2 k. — X. Konieczny 20 k.— X. Szumowski 2 k. — X. Zachara 2 k. — X. Suwada 60 k. — X. Chodacki 20 k. — X. Łączewski 10 k. — Dembno 65 k. — Szynwald 10 k. — Siemiechów 3 k. 20 h.— Szczepanów 24 k. — Lipnica M. 25 k. — Olszyny 45 k. 24 h. — Brzeziny 22 k. — OO. Jezuici z Now. Sącza 50 k. — Piwniczna 20 k. — X. Krupiński 5 k. — X. Maryniarczyk 10 k.—Chomranice 16 k. 90 h.—SS. Sercanki z Zbylitowskiej góry 20 k.—

Skrzydlna 20 k. 20 h. — Krużlowa 12 k. — Bolesław 100 k. — Nowy Wiśnicz 25 k 05 h. — Kamienica 10 k. — Zakliczyn Konw. Br. Mn. 13 k. — X. Wiejaczka 10 k.— X. Jan Florek 10 k. — X. Mordawski 10 k. — X. Jachtyl 2. k. — X. Kobiela 7 k.— X. Sowicki 30 k. — X. Irzyński 4 k. — X. Siemek 4 k. — X. Stopa 2 k. — X. Mroczek 2 k. — X. Sołtys 30 k. — X. Śliwka 3 k.—Cerekiew 25 k. — Gwożdziec 15 k.— Łukowica 21 k. 61 h. — Szczyrzyc 20 k. — SS. Niepokalanki z Now. Sącza 300 k. — JO. Księżna Sanguszkowa 1000 k. — Luszowice 40 k.—Konw. XX. Cystersów 50 k.— Tylmanowa 12 k, — Zaborów 30 k. — Kasina 24 k. 50 h. — SS. Dominikanki z Białej niż. 25 k.—OO. Redemptoryści z Tuchowa 40 k.— XX. Filipini 200 k. — JX. Bikup Dr. Leon Wałęga 200 k. — X. Sitko 10 k. — X. Pasiut 5 k. — X. Bączyński 2 k. — XX. Dekanatu Mieleckiego 170 k.—Tuszow 40 k. — Hrabina Józ. Ledochowska 40 k.— Lipnica mur. 27 k. 62 h. — Trzciana 10 k. — Zgórsko 29 k. Krużlowa 30 k. — Urszulanki z Tarnowa 50 k. — Poręba r. 20 k. — X. Wiatr 15 k. — X. Pałka 10 k. — XX. Wikarzy katedr. 25 k. — Jastrzębia 15 k. 60 h. — Lubcza 20 k. — Kolleg. XX. Profesorów Teologii z Tarnowa 120 k. — X. Dr. Rec 20 k. — X. Wątorek 20 k. — X. Frączkiewicz 10 k. X. Dulian 10 k. X. Gadowski 10 k. — X. K. Mazur 10 k. — X. Kaliciński 10 k. — X. Sulma 10 k. — X. Dymnicki 10 k. — Rzochów 10 k.—Pogorska wola 8 k. — Mikluszowice 24 k. — Domosławice 19 k. — Lisiogóra 50 k. — Czermin 34 k. — X. Zuziak 3 k. — X. Mleczko 5 k. — X. Harbut 2 k. — X. Józef Michalik 5 k. — X. Łukasiński 5 k. — X. Krogulski 5 k. — X. Kubas 5 k. — X. Zielonka 5 k. — X. Krośniński 10 k. — X. R. Mazur 3 k. — X. Słowik 3 k. — Siemiechów 12 k. — Kolbuszowa 30 k. — X. Pajor 10 k. — Uszew 44 k. 60 h. — Zalasowa 25 k. — Ochotnica 28 k.—19 k. — Olesno 20 k.— Skrzyszów 30 k. — Rzezawa 30 k.— Złota 5 k. — Kapituła katedr. 100 k. — Lubcza 22 k. — Wielopole 100 k. — Mielec 20 k. — Tylicz 5 k. — Jurków 35 k. Wilczyska 20 k. — Okulice 20 k. — Czarny Potok 10 k. — Kamienica 20 k. — Okocim 26 k. — Żabno 34 k. 44 h. — Wiełogłowy 17 k. 95 h. Pilzno 20 k. — Szczurowa 89 k. — Wojnicz 36 k. — Dobrków 28 k. — Łączki 22 k. 50 h. — Borzęcin 50 k. — Podole 6 k. — Krynica 61 k. — Krzyżanowice 12 k. — Ptaszkowa 10 k. —

Piis ad aram precibus commendatur

anima p. d. **Martini Brożonowicz**, Defic., qui die 28 augusti a. c. in Szaflary mortuus est. Soc. precum **adscriptus**.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 3. października 1906.

† LEON
BISKUP.

X. Władysław Chendyński
Kanclerz.

Nakładem Kleru dyecezalnego. Drukiem Józefa Styrny w Tarnowie.